AD COM. Nos autem gloriari oportet in cruce Domini nostri Ihesu Christi.

**B/75:** FERIA III AD SANCTAM PRISCAM.

ANT. Nobis autem gloriari oportet in crucem Domini nostri Ihesu Christi in quo & salus vita est resurrectio nostra per quem salvati & liberati sumus. PSALM. Deus me(us).

RESP. GRAD. Ego autem dum mihi molesti essent induebar me cilicio. Ý. Judica Domine noc(en)tes me.

OFF. Custodi me Domine de manu peccatoris. Ý. Dixi Domino Deus meus es tu.

AD COM. Nos autem gloriare oportet. PSALM. ut supra.

ITEM ALIA. Adversum me exercebantur qui sedebant in porta & in me psallebant qui bibebant vinum ego vero orationem meam ad te Domine. PSALM. LXVII.

**C/75:** FERIA. III<sup>a</sup>. AD SANCTAM PRISCAM.

ANT. Nobis autem gloriari oportet in cruce Domini nostri Ihesu Christi in quo et salus vita et resurrectio nostra per quem salvati et liberati sumus. PSALM. Deus misereatur nostri.

RESP. GRAD. Ego autem dum mihi molesti essent induebant me cilicio et humiliabam in jejunio animam meam et oratio mea in sinu meo convertetur. Ý. Judica Domine nocentes me expugna inpugnantes me adprehende arma et scutum et exsurge in adjutorium mihi.

OFF. Custodi me Domine de manu peccatoris et ab hominibus iniquis eripe me. Ý. I. Eripe me ab homine malo a viro iniquo libera me. Ý. II. Qui cogitaverunt subplantare gressus meos absonderunt superbi laqueum mihi.

COM. Adversum me exercebantur qui sedebant in porta et in me psallebant qui bibebant vinum ego vero orationem meam ad te Domine. PSALM. Salvum me fac Deus. AD REPET. Obscurentur. (fol. 17)

**K/75:** FERIA III. [CAP.] LXXV.

ANT. (*Plagis Deuteri.*) Nos autem gloriari oportet in cruce Domini nostri Ihesu Christi in quo et salus vita & resurrectio nostra per quem salvati & liberati sumus. PSALM. Deus misereatur nostri.

RESP. GRAD. Ego autem dum mihi molesti essent induebam me cilicio & humiliabam in jejunio animam meam & oratio mea in sinum meum convertetur. Ý. Judica Domine nocentes me expugna inpugnantes me adprehende arma & scutum & exsurge in adjutorium mihi.

OFF. Custodi me<sup>46</sup> Domine de manu peccatoris & ab hominibus iniquis eripe me Domine.

COM. (*Authenticus Tritus.*) Adversum me exercebantur qui sedebant in porta & in me psallebant qui bibebant vinum ego vero orationem meam ad te Domine tempus beneplaciti Deus in multitudine misericordie tu .

**S/75:** FERIA III<sup>a</sup>. STATIO AD SANCTAM PRISCAM.

[ANT.] Nobis autem gloriari oportet. PSALM. Deus misereatur nostri.

RESP. GRAD. Ego autem cum mihi molesti essent. Ý. Judica Domine nocentes me.

OFF. Custodi me Domine de manu peccatoris. Ý. I. Eripe me Domine ab omine malo.

Ý. II. Qui cogitaverunt. Ý. III. Dixit Domino Deus meus es tu.

COM. Adversum me exercebantur. PSALM. Salvum me fac Deus.

---

<sup>46</sup> MS: me me.

[[pp. 92-93]]

**M/76: FERIA III.**

RESP. GRAD. Ne avertas faciem tuam a puero tuo quoniam tribulor velociter exaudi me. Ý. Salvum me fac Deus.

ITEM RESP. GRAD. Domine exaudi orationem meam et clamor meus ad te veniat. Ý. Non avertas faciem tuam a me in quacumque die tribulor inclina ad me aurem tuam. Ý. In quacumque die invocavero te velociter exaudi me. Ý. Quia defecerunt sicut fumus dies mei et ossa mea sicut in frixorio confixa sunt. Ý. Percussus sum sicut fenum et aruit cor meum quia oblitus sum manducare panem meum. Ý. Tu exurgens Domine mis[re]beris Sion quia venit tempus miserendi ejus.

**R/76: FERIA III.**

ANT. In nomine Domini omni genu flectetur caelestium & terrestrium & infernorum quia Dominus factus obediens usque ad mortem mortem autem crucis ideo Dominus Ihesus Christus in gloriam Dei Patris. [PSALM.]<sup>47</sup> Domine exaudi.

GRAD. Domine exaudi oratio meam & clamor meus ad te veniat. Ý. Non avertas faciem tuam.

OFF. Exaudi orationem meam & clamor meus.

AD COM. Potum meum con fletu temporabam quia levans adlisisti me tuam Domine in aeternum permanet.

**B/76: FERIA III AD SANCTAM MARIAM.**

ANT. In nomine Domini omni genu flectatur caelestium terrestrium & infernorum quia factus obediens usque ad mortem mortem autem crucis quia Dominus Ihesus Christus in gloria Dei Patris. PSALM. CI.

RESP. GRAD. Ne avertas faciem tuam a puero tuo quoniam tribulor velociter exaudi me. Ý. Salvum me fac Deus.

ITEM RESP. GRAD. Domine exaudi orationem meam. Ý. Ne avertas faciem. Ý. I. In quacumque die invocavero te. Ý. [II.] Quia defecerunt sicut fumus. Ý. [III.] Percussus sum. Ý. [III.] Tu exurgens Domine.

OFF. Exaudi orationem meam. Ý. [I.] Quia oblitus sum manducare panem meum. Ý. II. Tu exurgens misereberis Sion.

AD COM. Potum meum cum fletu temperabam quia elevans adlisisti me & ego sicut fenum arui tu autem Domine in aeternum permanes. PSALM. CI.

**C/76: FERIA. III<sup>a</sup>. STATIO AD SANCTAM MARIAM.**

ANT. In nomine Domini omne genu flectatur caelestium terrestrium et infernorum quia Dominus factus est obediens usque ad mortem mortem autem crucis ideo Dominus Ihesus Christus in gloria est Dei Patris. PSALM. Domine exaudi e[t] cla[mor].

---

<sup>47</sup> MS: Ý.

RESP. GRAD. Ne avertas faciem tuam a puero tuo quoniam tribulor velociter exaudi me. *Y.* Salvum me fac Deus quoniam intraverunt aquae usque ad animam meam infixus sum in limo profundi et non est substantia.

ITEM RESP. GRAD. Domine exaudi orationem meam et clamore meus ad te veniant. *Y.* I. Non avertas faciem tuam a me in quacumque die tribulor velociter exaudi me. *Y.* II. Quia defecerunt sicut fumus dies mei et ossa mea sicut in frixorio confixa sunt. [*Y.*] III. Percussus sicut fenum et aruit cor meum quia oblitus sum manducare panem meum. [*Y.*] IIII. Tu exurgens Domine misereberis Sion quia venit tempus miserendi ejus.

OFF. Domine exaudi orationem. [ut] supra.

COM. Potum meum cum fletu temperabam qui elevans allisisti me et ego sicut foenum arui tu autem Domine in aeternum permanens tu exurgens misereberis Sion quia venit tempus miserendi ejus. PSALM. Domine exaudi orationem et clamor.

**K/76: FERIA IIII. [CAP.] LXXVI.**

ANT. (*Authenticus Deuterus.*) In nomine Domini omne genu flectatur c. lestium terrestrium & infernorum quia Dominus oboediens usque ad mortem mortem autem crucis ideo Dominus Ihesus Christus in gloria est Dei Patris. PSALM. Domine exaudi. I.

RESP. GRAD. Ne avertas faciem tuam a puero tuo quoniam tribulor velociter exaudi me. *Y.* Salvum me fac Deus quoniam intraverunt aquae usque ad animam meam infixus sum in limo profundi & non est substantia.

ITEM RESP. GRAD. Domine exaudi orationem meam & clamor meus ad te veniat. *Y.* Non avertas faciem tuam a me in quacumque die tribulor inclina ad me aurem tuam.

OFF. Domine exaudi orationem meam & clamor meus ad te perveniat.

COM. (*Authenticus Protus.*) Potum meum cum fletu temperabam qui elevans allisisti & ego sicut fenum arui tu autem Domine in aeternum permanes tu exurgens misereberis Sion quia venit tempus miserendi ejus.

**S/76: FERIA IIII<sup>a</sup>. STATIO AD SANCTAM MARIAM.**

[ANT.] In nomine Domini omne genu flectatur. PSALM. Domine exaudi. I.

RESP. GRAD. Ne avertas faciem tuam. *Y.* Salvum me fac Deus.

ITEM RESP. GRAD. Domine exaudi orationem meam. *Y.* Non avertas faciem tuam.

OFF. Domine exaudi orationem meam. *Y.* I. Ne avertas faciem tuam. *Y.* II. Tu exurgens misereberis.

COM. Potum meum. PSALM. Percussus sum. AD REPET. Quia venit.



[[pp. 92-93]]

**M/77a:** FERIA V IN CENA DOMINI.

RESP. GRAD. Christus factus est pro nobis. Ý. Propter quod est Deus exaltavit illum.

**R/77a:** FERIA V CENA DOMINI.

ANT. Nos autem gloria oportuit in cruce Domini nostri Ihesu Christi in quo & vita est & resurrectio nostra per quem salvati & liberati sumus. PSALM. Cantate Domino.

GRAD. Christus factus est pro nobis oboediens usque ad mortem mortem autem crucis. Ý. Propter quod & Deus exaltavit illum & dedit illi nomen quod est super omnem nomen.

**B/77a:** FERIA V QUOD EST CENA DOMINI.

ANT. Nobis autem gloriari oportet in cruce Domini. PSALM. Cantate Domino. (*fol.* 102)

RESP. GRAD. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem mortem autem crucis. Ý. Propter quod exaltavit illum & dedit illi nomen quod est super omne nomen.

**C/77a:** FERIA. V<sup>a</sup>. CAEN DOMINI.

ANT. Nos autem gloriari oportet. ut supra. PSALM. Cantate. I.

RESP. GRAD. Christus factus est pro nobis oboediens usque ad mortem mortem autem crucis. Ý. Propter quod et Deus exaltavit illum et donavit illi nomen quod est super omnem nomen.

**K/77a:** FERIA V QUOD EST IN CAENA DOMINI. CAP. LXXVII.

ANT. Nos autem gloriari oportet.

RESP. GRAD. Christus factus est pro nobis oboediens usque ad mortem mortem autem crucis. Ý. Propter quod & Deus exaltavit illum & dedit illi nomen quod est super omne nomen.

**S/77a:** FERIA V. Qu EST IN CENA DOMINI.

[ANT.] Nos autem gloriari oportet. PSALM. Cantate Domino.

RESP. GRAD. Christus factus est pro nobis. Ý. Propter quod et Deus ex[altavit].

[[pp. 94-95]]

**M/77b:** [[BLANK]]

**R/77b:**

OFF. Dextera Domini fecit virtutem dextera Domini exaltavit me non morear sed vivam & narrabo opera Domini.

AD COM. Dominus Ihesus postquam cenavit cum discipulis suis lavit pedes eorum & ait illis si scitis qui fecerim vobis ego Dominus & majester vester exemplum dedi vobis ut & vos ita faciatis.

**B/77b:**

OFF. Dextera Domini fecit virtutem. Ý. [I.] In tribulatione. Ý. [II.] In pulsus.

AD COM. Dominus Ihesus postquam cenavit cum discipulis suis lavit pedes eorum & ait illis si scitis qui fecerem vobis ego Dominus & magister exemplum dedi vobis ut & vos ita faciatis.

**C/77b:**

OFF. Dextera Domini. ut supra.

COM. Dominus Ihesus postquam cenavit cum discipulis suis lavit pedes eorum et ait illis si scitis quid fecerim vobis ego Dominus et magister exemplum dedi vobis ut et vos ita faciatis. PSALM. Beati immaculati. Tu man[dasti].

**K/77b:**

OFF. Dextera Domini. REQUIRE CAP. XXVI.

COM. Dominus Ihesus postquam cenavit cum discipulis suis lavit pedes eorum & ait illis si scitis quid fecerim vobis ego Dominus & magister exemplum dedi vobis ut & vos ita faciatis. PSALM. Beati immaculati.

**S/77b:**

OFF. Dextera Domini. Ý. I. In tribulatione. Ý. II. In pulsus versatus sum.

COM. Dominus Ihesus postquam cenavit. PSALM. Beati immaculati.

[[pp. 94-95]]

**M/78a:** FERIA VI.

RESP. GRAD. Domine audivi auditum tuum et timui consideravi opera tua et expavi. *Ÿ*. In medio duorum animalium in[no]tesceris dum adpropinquaverint anni cognosceris dum (*fol.* 9v) advenerit tempus ostenderis. *Ÿ*. In eo dum conturbata fuerit anima mea misericordiae memor ero. *Ÿ*. Deus a Libano veniet et sanctus de monte umbroso et condense. *Ÿ*. Operuit celos majestas ejus et laudis ejus plena est terra.

TRACT. Eripe me ab homine malo a viro iniquo libera me. Qui cogitaverunt malicias in corde tota die constituebant prelia. Acuerunt linguas suas sicut serpentes venenum aspidum sub labiis eorum. Custodi me Domine de manu peccatoris et ab hominibus iniquis libera me. Qui cogitaverunt subplantare gressus meos absconderunt superbi laqueum mihi. Et funes extenderunt in laqueum pedibus meis juxta iter scandalum posuerunt mihi. Dixi Domino Deus meus es tu exaudi Domine vocem orationis meae. Domine Domine virtus salutis meae obumbra

**R/78a:** FERIA VI QUOD EST IN PARASCEVE ET ... +.

RESP. GRAD. Domine exaudi orationem meam & clamor (*pag.* 15) meus ad te veniat. *Ÿ*. Non avertas faciem tuam a me in quacumque die tribulor inclina ad me aurem tuam.

RESP. GRAD. Domine audivi auditum tuum et timui consideravi opera tua & expavi. *Ÿ*. In medio duorum animalium innodisceris.

**B/78a:** IN FERIA VI.

RESP. GRAD. Domine audivi auditum tuum & timui consideravi opera tua & expavi. *Ÿ*. [I.] In medio duorum animalium innotesceris dum adpropinquaverint anni cognosceris dum advenerit tempus ostenderis. *Ÿ*. II. Operuit celos. *Ÿ*. III. Deus a Libano<sup>48</sup> veniet. *Ÿ*. IIII. In eo dum conturbata fuerint anima mea in ira misericordia memor ero.<sup>49</sup>

**C/78a:** FERIA. VI<sup>a</sup> IN PARASCEVE.

RESP. GRAD. Domine audivi auditum tuum et timui consideravi opera tua et expavi. *Ÿ*. I. In medio duorum animalium innotesceris dum adpropinquaverint anni cognosceris dum advenerit tempus ostenderis. [*Ÿ*.] II. In eo dum conturbata fuerit anima mea misericordia memor eris. [*Ÿ*.] III. Operuit caelos majestas ejus et laudes ejus plena est terra. [*Ÿ*.] IIII. Deus a Libano veniet et sanctus de monte umbroso et condense.

TRACT. Eripe me Domine ab homine malo a viro iniquo libera me. Qui cogitaverunt malicias in corde tota die constituebant proelia. Acuerunt linguas suas sicut serpentes venenum aspidum sub labiis eorum. Custodi me Domine de manu peccatoris ab hominibus iniquis libera me. Qui cogitaverunt subplantare gressus meos absconderunt superbi laqueos mihi. Et funes extenderunt in laqueos pedibus meis juxta iter scandalum posuerunt mihi. Dixi Domino Deus meus es tu exaudi Domine vocem orationis meae. Domine Domine virtus salutis meae obumbra caput meum in die belli. (*fol.* 17v) Ne tradas me a desiderio meo peccatori cogitaverunt

---

<sup>48</sup> MS: allibano.

<sup>49</sup> MS: eoro.

adversum me ne derelinquas me ne umquam exaltentur. Caput circuitus eorum labor labiorum ipsorum operiet eos. Verumtamen justii confitebuntur nomini tuo et habitabunt recti cum vultu tuo.

**K/78a:** FERIA VI. STATIO AD HIERUSALEM. [CAP.] LXXVIII.

RESP. GRAD. Domine audivi auditum tuum & timui consideravi opera tua & expavi. **Y.** In medio duorum animalium innotesceris dum appropinquaverint anni cognosceris dum advenerit tempus ostenderis.

TRACT. Eripe me Domine ab homine malo a viro iniquo libera me. Qui cogitaverunt malitias in corde tota die constituebant proelia.

**S/78a:** FERIA VI<sup>a</sup>. STATIO AD HIERUSALEM.

RESP. GRAD. Domine audivi auditum tuum. **Y.** In medio duorum.

TRACT. Eripe me Domine ab omine malo.

[[pp. 96-97]]

**M/78b:**

caput meum in die belli. Non tradas me desiderio meo peccatori cogitaverunt contra me ne derelinquas me ne umquam exaltentur. Caput (*fol.* 10) circuitus eorum labor labiorum ipsorum operiet eos. Verumtamen justii confitebuntur nomini tuo et habitabunt recti cum vultu tuo.

**R/78b:**

POSTEA VERO VADIT SACERDUS ANTE ALTARE ET DICIT OREMUS ET DICIT  
LEVATE FLECTAMUS GENUA.

AD COM. Ecce lignum crucis in quo salus mundi pependit venite adoremus. Ý. Deus misereatur nostri.

**B/78b:** [[BLANK]]

**C/78b:**

ANT. Ecce lignum crucis in quo salus mundi pependit venite adoremus. PSALM.  
Beati immaculati. Beati qui scrutantur. QUANTUM NECESSE EST PSALM. ITEM.

ANT. Crucem tuam adoramus Domine et s[an]c[t]am resurrectionem tuam laudamus et glorificamus ecce enim propter crucem venit gaudium in universo mundo. PSALM. Deus misereatur nostri.

Pange lingua gloriosi proelium certaminis et super crucis tropheo dic triumphum.

**K/78b:**

ITEM ANTIPHONE AD CRUCEM ADORANDUM.

αγιως ο θηως αγιως ισχυρρως.  
αγιως αθαναθως<sup>50</sup> εληισων ιμας.  
Sanctus Deus. Sanctus fortis.  
Sanctus immortalis. miserere fortis.

ANT. Ecce lignum crucis in quo salus mundi pependit. Venite adoremus. PSALM.  
Beati immaculati.

**S/78b:**

GRECUM AD CRUCEM ADORANDUM.

Agios o theos. VERSUS. Popule meus. Quia eduxi vos. Quid ultra debui facere tibi.

ANT. Ecce lignum crucis. PSALM. Beati immaculati.

ANT. Crux fidleis inter omnes. VERSUS. Pange lingua gloriosi.

---

<sup>50</sup> MS: ATHANAΘQC.

ANT. Crucem tuam adoramus Domine. PSALM. Deus misereatur nostri.

[[pp. 96-97]]

**M/79a:** CANTICUM IN SABBATO SANCTO SIVE IN SABBATO PENTECOSTES.

CANTICUM EXODI. Cantemus Domino gloriosus enim honorificatus est quum et ascensorem projecit in mare. Adjutor et protector factus est mihi in salutem. Hic Deus meus et honorabo eum Deus patris mei et exaltabo eum. Dominus conterens bella Dominus nomen est ei.

CANTICUM DEUTERONOMII. Attende caelum et loquar et audiat terra verba ex ore meo. Expectetur sicut pluvia eloquium meum et descendat sicut ros verba

**R/79a:** [[BLANK]]

**B/79a:** CANTICA IN SABBATO SANCTO.

CANTICUM EXODI. Cantemus Domino gloriose enim honorificatus est equum & ascensorem projecit in mare adjutor & protector factus est mihi in salutem hic Deus meus & honorificabo eum Deus patris mei & exaltabo eum Dominus conterens bella Dominus nomen.

CANTICUM DEUTERONOMII. Attende caelum et loquar & audiat terra verba ex ori meo expectetur sicut pluvia eloquium meum & descendant sicut rosa verba mea & sicut nix super fenum sicut imber super gramina quia nomen Domini invocavi date

**C/79a:**

CANTICUM IN EXODO. Cantemus Domino gloriosae enim honorificatus est aequum et ascensorem projecit in mari. Adjutor et protector factus est mihi in salutem. Hic Deus meus et honorabo eum Deus Patris mei et exaltabo eum. Dominus conterens bella Dominus est nomen ejus.

CANTICUM IN DEUTERONOMII. Attende caelum et loquar et audiat terra verba ex ori meo. Expectetur sicut pluvia eloquium meum et descendat sicut ros verba mea quae nomen Domini invocavi. Date magnitudinem Deo nostro Deus vera opera

**K/79a:** INCIPIUNT CANTICA IN SABBATO SANCTO. [CAP.] LXXVIII.

CANTICUM EXODI. Cantemus Domino gloriose enim honorificatus est quum & ascensorem projecit in mare. Adjutor & protector factus est mihi (*fol.* 10) in salutem. Hic Deus meus & honorabo eum Deus patris mei & exaltabo eum. Dominus conterens bella Dominus nomen est illi.

CANTICUM DEUTERONOMII. Attende caelum & loquar. Et audiat terra verba ex ore meo. Expectetur sicut pluvia eloquium meum & descendat sicut ros verba mea. Sicut imber super gramina & sicut nix super fenum quia nomen Do-

**S/79a:**

TRACT. Cantemus Domino gloriose enim.

[[pp. 98-99]]

**M/79b:**

mea. Sicut imber super gramina et sicut nix super fenum quia nomen Domini invocavi. Date magnitudinem Deo nostro Deus vera opera ejus et omnes vias ejus judicium. Deus fidelis in quo non est iniquitas justus et sanctus Dominus.

CANTICUM ISAIAE PROPHETAE. Vinea facta est (*fol.* 10v) dilectio in cornu in loco uberi et maceriam circumdedi et circumfodi et plantavi vineam Sorech et edificavi turrem in medio ejus et torcular fodi in ea vinea enim Domini Sabaoth domus Israhel est.

TRACT. Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitivit anima mea ad Deum vivum quando veniam et apparebo ante faciem Dei mei. Fuerunt mihi lacrimae meae panis die ac nocte dum dicitur mihi per singulos dies ubi est Deus tuus.

TRACT. Laudate Dominum omnes gentes et conlaudate eum omnes populi. Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus et veritas Domini manet in aeternum.

ALL. Confitemini Domino quoniam bonus.

**R/79b:**

ET INCIPIUNT CANERE IN SABBATO AD MISSA AD I[N]TROITUM LETANIA ET DICIT SACERDUS GLORIA IN EXCELSIS DEO.

TRACT. Laudate Dominum omnes gentes.

ALL. Eduxit Dominus populum suum in exultatione & electos suos in leticia.

ALL. Confitemini Domino quoniam bonus quoniam.

OFF. Angelus Domini descendit de celo & dixit mulieribus<sup>51</sup> quem queritis surrexit sicut dixit alleluia.

AD COM. Cito euntes dicite alleluia discipulis ejus.

**B/79b:**

magnitudinem Deo nostro Deus vera opera ejus & omnes viae ejus judicium Deus fidelis in quo non est iniquitas justus & sanctus Dominus.

CANTICUM ISAIAE PROPH[ETAE]. Vinea facta est dilectio in cornu in loco uberi & maceria circumdedi & circumfodi & plantavi vineam Sorech & edificavi turrem in medio ejus & torcular fodi in eam vinea enim Domini Sabaoth domus Israhel est.

PSALMO XLI. Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum ita desiderat anima mea (*fol.* 102v) ad te Deus sitivit anima mea ad Deum vivum quando veniam & apparebo ante faciem Dei mei fuerunt mihi lacrimae [me]e<sup>52</sup> panis die ac nocte dum dicitur mihi per singulos dies ubi est Deus tuus.

IN IPSA NOCTE AD INTROITUM LETANIA. GLORIA IN EXCELSIS DEO.

ALL. Confitemini Domino.

---

<sup>51</sup> MS: muriebus.

<sup>52</sup> MS: lacrimae.



TRACT. Laudate Dominum omnes gentes & conlaudate eum omnes populi quoniam confirmata est super nos misericordia ejus & veritas Domini manet in eternum. NON CANTATUR NEC OFFERTORIUM NEC AGNUS DEI NEC COMMUNIONEM.

**C/79b:**

ejus et omnes viae ejus judicia. Deus fidelis in quo non est iniquitas justus et sanctus Dominus.

CANTICUM IN ISAIA. Vineam factam est dilectio in cornu in loco uberi et maceriam circumdedit et circumfodit et plantavit vineam Sorech et aedificavit turrem in medio ejus et torcular fodi in eam vinea enim Domini Sabaoth domus Israhel est.

DE PSALMO XL<sup>mo</sup>. I<sup>o</sup>. Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitivit anima mea ad Deum vivum quando veniam et aparebo ante faciem D[e]i mei. Fuerunt mihi lacrimae meae panes die ac nocte dum dicitur mihi cotidie ubi est Deus tuus. (*fol.* 18)

ALL. Confitemini Domino quoniam bonus quoniam in saeculum misericordia ejus.

TRACT. Laudate Dominum omnes gentes et conlaudate eum omnes populi. Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus et veritas Domini manet in aeternum.

**K/79b:**

mini invocabo. Date magnitudinem Deo nostro. Deus verax opera ejus. Et omnes viae ejus iudicia. Deus fidelis in quo non est iniquitas. Justus & sanctus Dominus.

CANTICUM IN ISAIAE PROPHETAE. Vineam factam est dilectio in cornu in loco uberi. et maceriam circumdedit & circumfodit. Et plantavit vineam Sorech. Et aedificavit turrem in medio ejus. Et torcular fodit in ea vinea enim Domini Sabaoth. Domus Israhel est.

CANTICUM DE PSALMO XL PRIMO. Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum. Ita desiderat anima mea a te Deus. Sitivit anima mea ad Deum vivum quando veniam & aparebo ante faciem Dei mei. Fuerunt mihi lacrimae meae panes die ac nocte. Dum dicitur mihi per singulos dies ubi est Deus tuus.

SABBATO SANCTO STATIO AD LATERANIS. L. TANIA PER VICES. I. SEPTENAS. ALIA QUINA TERTIA TERNAS. IN IPSA NOCTE AD INTROITUM L. TANIA. GLORIA IN EXCELSIS DEO.

ALL. Confitemini Domino quoniam bonus quoniam in seculum misericordia ejus.

TRACT. Laudate Dominum omnes gentes. REQUIRE CAP. XLVI.

**S/79b:**

TRACT. Vineam factam est dilectio.

TRACT. Sicut cervus desiderat.

TRACT. Adtende celum. (*fol.* 14).

VERSUS. Tibi laus perennis auctor.

ALL. Confitemini Domino.

TRACT. Laudate Dominum omnes gentes.

[[pp. 100-101]]

**M/80: IN DIE SANCTO PASCHAE.**

RESP. GRAD. Hec dies quam fecit Dominus exultemus et letemur in ea. Ý.  
Confitemini Domino quoniam bonus quoniam in seculum misericordia ejus.

ALL. Pascha nostrum (*fol.* 11) immolatus est Christus.

ALL. Epulemur in azimis sinceritatis et veritatis.

**R/80: DOMINICO SANCTO IN PASCHA AD MISSA.**

ANT. Resurrexit & adhuc tecum sum alleluia posuisti super me manum tuam alleluia  
mirabilis facta est scientia tua alleluia alleluia. PSALM. Domine probasti me.

GRAD. Haec dies quam fecit Dominus exultemus & letemur in eo. Ý. Confitemini  
Domino quoniam bonus.

ALL. Pascha nostram immolatus est Christus. Ý. Epulemur.

OFF. Terra tremuit & quievit dum resurgeret in iudicio Deus alleluia.

ADCOM. Pascha nostrum ymmolatus est Christus alleluia itaque epulemur in azymus  
sinceritatis & veritatis alleluia alleluia alleluia.

**B/80: DOMINICA SANCTA STATIO AD SANCTAM MARIAM.**

ANT. Resurrexit et adhuc tecum sum alleluia posuisti super me manum tuam alleluia  
mirabilis facta est scientia tua alleluia alleluia. PSALM. Domine probasti me. ADREPET. Tu  
cognovisti.

RESP. GRAD. Haec dies quam fecit Dominus exultemus & letemur in ea. Ý.  
Confitemini Domino quoniam bonus. Ý. [I.] Dicat nunc Israhel. Ý. [II.] Dicat nunc domus  
Aaron. Ý. III. Dicant nunc qui timent Dominum. Ý. IIII. Dexteram Domini. Ý. V. Lapidem  
quem repro[baverunt]. Ý. VI. Benedictus qui venturus est.

ALL. Pascha nostrum immolatus est Christus. Ý. Epulemur.

OFF. Terra tremuit et quievit dum resurgeret in iudicio Deus alleluia. Ý. I. Notus in  
Judea Deus. Ý. II. Et factus est in pace locus ejus. Ý. III. Ideo confregit potentias arcuum.

ADCOM. Pascha nostrum immolatus est Christus alleluia itaque epulemur in azymis  
sinceritatis & veritatis alleluia. PSALM. ut supra. Expurgate.

**C/80: DOMINICA SANCTAM PASCHAE. STATIO AD S[ANCTAM] MARIAM.**

[ANT.] Resurrexi et adhuc tecum sum alleluia posuisti super me manum tuam alleluia  
mirabilis facta est scientia tua alleluia alleluia. PSALM. Domine probasti me. ADREPET.  
Intellexisti.

RESP. GRAD. Haec dies quam fecit Dominus exultemus et laetemur in ea. Ý.  
Confitemini Domino quoniam bonus quoniam in saeculum misericordia ejus.

ALL. Pascha nostrum immolatus est Christus. Ý. I. Epulemur in azymis sinceritatis et  
veritatis. Ý. II. Non in fermento malitiae et nequitiae sed in azymis sinceritatis et veritatis.

OFF. Terra tremuit et quievit dum resurgeret in iudicium Deus alleluia. Ý. I. Notus in  
Jud a Deus in Israhel magnum nomen ejus. Ý. II. Et factus est in pace locus ejus et habitatio

ejus in Sion alleluia. Ý. III. Ideo confregit cornu arcum scutum et gladium inluminans tu mirabiliter a montibus aeternis alleluia.

COM. Pascha nostrum immolatus est Christus alleluia itaque aepulemur in azymis sinceritatis et veritatis alleluia alleluia alleluia. PSALM. Domine probasti me. ITEM. Et omnes vias meas.

**K/80: DOMINICUM SANCTUM PASCH STATIO AD SANCTAM MARIAM AD PR SEPE. CAP. LXXX.**

ANT. (*Plagis Deuteri.*) Resurrexi et adhuc tecum sum alleluia posuisti super me manum tuam alleluia mirabilis facta est scientia tua alleluia alleluia. PSALM. Domine probasti me.

RESP. GRAD. H c dies quam fecit Dominus exultemus & letemur in ea. Ý. Confitemini Domino quoniam bonus quoniam in seculum misericordia ejus.

ALL. Pascha nostrum immolatus est Christus. Ý. I. Epulemur in azymis sinceritatis et veritatis.

OFF. Terra tremuit & quievit dum resurgeret in iudicium Deus alleluia.

COM. (*Plagis Triti.*) Pascha nostrum immolatus est Christus alleluia itaque epulemur in azymis sinceritatis & veritatis alleluia alleluia alleluia. PSALM. Confitemini Domino. IIII.

**S/80: DOMINICA SANCTAM PASCH STATIO AD SANCTAM MARIAM AD PRESEPEM.**

ANT. Resurrexi & adhuc tecum sum alleluia. PSALM. Domine probasti me. AD REPET. Intellexisti.

RESP. GRAD. Haec dies quam. Ý. Confitemini Domino.

ALL. Pascha nostrum. Ý. I. Epulemur in azymis.

OFF. Terra tremuit & quievit. Ý. I. Notus in Judea Deus. Ý. II. Et factus est in pace. Ý. III. Ideo confregit.

COM. Pascha nostrum. PSALM. Confitemini. AD REPET. Dextera Domini.

[[pp. 100-101]]

**M/81a:** FERIA II.

RESP. GRAD. Hec dies. Ý. Dicat nunc Israhel.

ALL. Dominus regnavit decorem induit.

**R/81a:** FERIA II.

ANT. Introduxit vos Dominus in terra fluentem lac & mel alleluia & ut lex Domini semper sit in ore vestro alleluia alleluia. PSALM. Confitemini Domino.

RESP. GRAD. Hec dies quam. Ý. Dicat nunc.

ALL. Dominus regnavit decore.

OFF. Angelus Domini descendit.

**B/81a:** FERIA II AD SANCTUM PETRUM.

ANT. Introduxit vos Dominus in terra fluentem lac & mel alleluia & ut lex Domini semper sit in ore vestro alleluia alleluia. PSALM. CXVI.

RESP. GRAD. Haec dies. Ý. Dicant nunc.

ALL. Dominus regnavit decore.

OFF. Angelus Domini. Ý. I. Euntes in Gallileam. Ý. II. Ihesus stetit.

**C/81a:** FERIA SECUNDA. (*fol. 18v*)

ANT. Introduxit vos Dominus in terra fluentem lac et mel alleluia et ut lex Domini semper sit in ore vestro alleluia alleluia. PSALM. Confitemini Domino.

RESP. GRAD. Haec dies quam fecit Dominus. Ý. Dicant nunc Israhel.

ALL. Dominus regnavit decore induit induit Dominus fortitudinem et praecinxit se virtute.

OFF. Angelus Domini descendit de caelo et dixit mulieribus quem quaeritis surrexit sicut dixit alleluia. Ý. I. Euntes dicite discipuli ejus ecce praecedet vos in Galilea ibi eum videbitis. sicut dixit alleluia. Ý. II. Ihesus stetit in medio eorum et dixit pax vobis videte quia ego ipse sum. sicut dixit alleluia.

**K/81a:** FERIA II. AD SANCTUM PETRUM. CAP. LXXXI.

ANT. (*Plagis Tetradi.*) Introduxit vos Dominus in terram fluentem lac & mel alleluia & ut lex Domini semper sit in ore vestro alleluia alleluia. PSALM. Confitemini Domino. IIII.

RESP. GRAD. Hec dies. Ý. Dicat nunc Israhel quoniam bonus quoniam in seculum misericordia ejus.

ALL. Dominus regnavit decorem. REQUIRE CAP. X.

OFF. Angelus Domini descendit de caelo & dixit mulieribus quem queritis surrexit sicut dixit alleluia.

**S/81a:** FERIA II<sup>a</sup>. STATIO AD SANCTUM PETRUM.

[ANT.] Introduxit vos Dominus. PSALM. Confitemini. IIII. AD REPET. Haec dies.

RESP. GRAD. Haec dies quam fecit Dominus. Ý. Dicant nunc Israhel.

ALL. Dominus regnavit decore.

OFF. Angelus Domini descendit. Ý. I. Euntes dicite discipuli. Ý. II. Ihesus stetit in medio.

[[pp. 102-3]]

**M/81b:** [[BLANK]]

**R/81b:**

AD COM. Surrexit Dominus & apparuit Petro alleluia quem queris (*pag.* 16) mulier alleluia viventem cum mortuis alleluia.

**B/81b:**

AD COM. Surrexit Dominus & apparuit Petro. PSALM.<sup>53</sup> ut supra.

**C/81b:**

COM. Surrexit Dominus et apparuit Petro alleluia.

**K/81b:**

COM. (*Plagis Triti.*) Surrexit Dominus & apparuit Petro alleluia. PSALM. Lapidem.

**S/81b:**

COM. Surrexit Dominus & aparuit Petro alleluia. PSALM. Lapidem quem reprobaverunt. AD REPET. A Domino factum est.

---

<sup>53</sup> MS: SALP (with a line over L).

[[pp. 102-3]]

**M/82:** FERIA III.

RESP. GRAD. Hec dies. Ý. Dicant qui redempti sunt.

ALL. In te Domine speravi.

**R/82:** [[BLANK]]

**B/82:** FERIA III.

ANT. Aqua sapientiae potavit eos [[SCRATCH]] alleluia confirmabitur in illis & non flectetur alleluia & exaltabit eos in aeternum alleluia alleluia. PSALM. CXVII<sup>mo</sup>.

RESP. GRAD. Haec dies. Ý. Dicat nunc domus Aaron.

ALL. QUALE VOLUERIS.

OFF. Intonuit de caelo Dominus. Ý. I. Diligam te Domine. Ý. II. Liberator meus de gentibus.

AD COM. Si conresurrexistis cum Christo (*fol.* 103) que sursum sunt querite alleluia ubi Christus est in dexteram Dei sedens que sursum sunt sapite alleluia. PSALM. ut supra.

**C/82:** FERIA. III<sup>a</sup>. STATIO AD SANCTUM PAULUM.

ANT. Aqua sapientiae potavit eos alleluia firmabitur in illis et non flectetur alleluia et exaltavit eos in aeternum alleluia. PSALM. Confitemini Domino. AD REPET. Dicat<sup>54</sup> nunc Israhel.

ALL. Redemptionem misit Dominus in populo suo.

OFF. Intonuit de caelo Dominus et Altissimus dedit vocem suam et apparuerunt fontes aquarum alleluia. Ý. I. Diligam te Domine virtus mea Dominus firamentum meum et refugium et liberator meus. et apparuerunt. Ý. II. Liberator meus de gentibus iracundis ab insurgentibus in me exaltabis me a viro iniquo eripies me. & apparuerunt.

COM. Si consurrexistis cum Christo quae sursum sunt quaerite alleluia ubi Christus est in dextera Dei sedens quae sursum sunt sapite alleluia. PSALM. Cantate Domino. I.

**K/82:** FERIA III. [CAP.] LXXXII.

ANT. (*Authenticus Tetradius.*) Aqua sapienti potavit eos alleluia firmabitur in illis & non flectetur alleluia & exaltabit eos in aeternum alleluia alleluia. PSALM. Confitemini Domino. ut supra.

RESP. GRAD. Hec dies. Ý. Dicat nunc qui redempti sunt a Domino quos redemit de manu inimici de regionibus congregavit eos.

ALL. Redemptionem misit Dominus in populo suo.

OFF. Intonuit de celo Dominus & Altissimus dedit vocem suam & apparuerunt fontes aquarum alleluia.

---

<sup>54</sup> MS: dacet.

COM. (*Authenticus Tetradius.*) Si conresurrexistis cum Christo que sursum sunt querite alleluia ubi Christus est in dextera Dei sedens que sursum sunt sapite alleluia. PSALM. A solis ortu.

**S/82:** FERIA III<sup>a</sup>. STATIO AD SANCTUM PAULUM.

[ANT.] Aqu sapientiae potavit eos. PSALM. Confitemini. III. AD REPET. Dicat nunc qui re[dempti].

RESP. GRAD. Haec dies. Ý. Dicat nunc qui re[dempti].

ALL. Redemptionem.

OFF. Intonuit de celo Dominus. Ý. I. Diligam te Domine. Ý. II. Liberator meus.

COM. Si conresurrexistis. PSALM. A solis ortu. AD REPET. Querite Dominum.



[[pp. 102-3]]

**M/83: FERIA III.**

RESP. GRAD. Hec dies. Ý. Dextera Domini.

ALL. Quoniam Deus magnus Dominus.

**R/83: FERIA III.**

ANT. Venite benedicti Patris mei percipite regnum alleluia quod vobis paratum est ab origine mundi alleluia alleluia. PSALM. Cantate.

GRAD. Hic dies quam fecit.

ALL. Redemptionem misit Dominus.

OFF. Portas caeli apparuit Dominus & pluit illis manna panem Angelorum manducavit homo alleluia.

AD COM. Christus resurgens a mortuis alleluia jam moritur alleluia mors illi ultra non dominabitur alleluia alleluia.

**B/83: FERIA III AD SANCTUM LAURENTIUM.**

ANT. Venite benedicti Patris mei percipite regnum alleluia quod vobis paratum est ab origine mundi alleluia alleluia alleluia. PSALM. Cantate Domino. I.

RESP. GRAD. Haec dies. Ý. Dicant qui tunc.

ALL. QUALE VOLUERIS.

OFF. Portas caeli aperuit Dominus & pluit illis manna ut ederent. Ý. I. Adtendite populus meus. Ý. II. Aperiam in parabolis os meum.

AD COM. Christus resurgens ex mortuis jam non moritur alleluia mors illi ultra non dominabitur alleluia alleluia. PSALM. ut supra.

**C/83: FERIA. IIII<sup>a</sup>. STATIO AD SANCTUM LAURENTIUM.**

ANT. Venite benedicti Patris mei percipite regnum alleluia quod vobis paratum est ab origine mundi alleluia alleluia alleluia. PSALM. Cantate. II.

RESP. GRAD. Haec dies. Ý. Dextera Domini.

ALL. Dominus regnavit exultet terra laetentur insule multe.

OFF. Portas caeli aperuit Dominus et pluit illis manna ut ederent panem caeli dedit illis panem Angelorum manducavit homo alleluia. Ý. I. Attendite populus meus legem meam inclinate aurem vestram in verba auris mei. [Ý.] II. Aperiam in parabolis os meum loquar propositionis ab initio saeculi. panem.

COM. Christus resurgens ex mortuis jam non moritur alleluia mors illi ultra non dominabitur alleluia alleluia. PSALM. Cantate. I.

**K/83: FERIA IIII STATIO AD SANCTUM LAURENTIUM. [CAP.] LXXXIII.**

ANT. (*Authenticus Tetradius.*) Venite benedicti Patris mei percipite regnum alleluia quod vobis paratum est ab origine mundi alleluia alleluia alleluia. PSALM. Cantate Domino. II.

RESP. GRAD. Haec dies. Ý. Dextera Domini fecit virtutem dextera Domini exaltavit me.

ALL. Jubilate Deo. REQUIRE CAP. XVIII.

OFF. Portas caeli aperuit Dominus & pluit illis manna ut ederent panem caeli dedit illis panem Angelorum manducavit homo alleluia.

COM. (*Authenticus Deuterus.*) Christus resurgens a mortuis jam non moritur alleluia mors illi ultra non dominabitur alleluia alleluia. PSALM. Notum fecit Dominus.

**S/83:** FERIA III<sup>a</sup>. STATIO AD SANCTUM LAURENTIUM.

[ANT.] Venite benedicti. PSALM. Cantate Domino. AD REPET. Salvabit sibi.

RESP. GRAD. Haec dies. Ý. Dexterâ Domini.

ALL. Jubilate Deo omnis terra.

OFF. Portas celi aperuit Dominus. Ý. I. Adtendite populus. Ý. II. Aperiam in para[bolis].

COM. Christus resurgens. PSALM. Notum fecit Dominus. AD REPET. Recordatus est.

[[pp. 104-5]]

**M/84:** FERIA V.

RESP. GRAD. Hec dies. Ý. Lapidem quem repro[baverunt.]

ALL. Lauda Hierusalem Dominum.

**R/84:** [[BLANK]]

**B/84:** FERIA V. AD VINCULA.

ANT. Victricem manum tuam Domine laudaverunt pariter alleluia quia sapientia aperuit os mutum & linguas infantium fecit disertas alleluia alleluia. PSALM. XC<sup>mo</sup>VI.

RESP. GRAD. Hec dies. Ý. Dexterâ Domini.

ALL. Lauda Hierusalem Dominum.

OFF. In die sollempnitatis vestre dicit Dominus inducam vos in terram fluentem mel & lac alleluia. Ý. I. Audi populus meus & loquar. Ý. II. Non adorabis Deum alienum.

ADCOM. Populus acquisitionis adnuntiate virtutes ejus alleluia qui vos de tenebris vocavit in admirabile lumen suum alleluia. PSALMO. ut supra.

**C/84:** FERIA. V. STATIO AD APOSTOLOS.

ANT. Victricem manum tuam Domine laudaverunt pariter alleluia quia sapientia aperuit os mutum et lingua infantium fecit disertas alleluia alleluia. PSALM. Confitemini. IIII.

RESP. GRAD. Haec dies quam fecit. Ý. Lapidem quem reprobaverunt.

ALL. Quoniam Deus magnus Dominus et Rex magnus super omnem terram.

OFF. In die sollempnitatis vestrae dicit Dominus inducam vos in terram fluentem lac et mel alleluia. Ý. I. Audi populus meus et loquar Israhel si me auderis dabo vobis desideria (*fol.* 19) cordis vestri. Ý. II. Non adorabitis Deum alienum quia ego eog sum Dominus Deus vester qui eduxi vos de terra gypti<sup>55</sup>.

COM. Populus acquisitionis adnuntiate virtutes alleluia qui vos de tenebris vocavit in ammirabile lumen suum alleluia. PSALM. ut supra.

**K/84:** FERIA V. [CAP.] LXXXIII.

ANT. (*Authenticus Deuterus.*) Victricem manum tuam Domine laudaverunt pariter alleluia quia sapientia aperuit os mutum & lingua infantium fecit disertas alleluia alleluia. (*fol.* 10v) PSALM. Confitemini Domino. ut supra.

RESP. GRAD. Haec dies. Ý. Lapidem quem reprobaverunt aedificantes hic factus est in caput anguli a Domino factum est & est mirabile in oculis nostris.

[ALL.]<sup>56</sup> Lauda Hierusalem Dominum lauda Deum tuum Sion.

OFF. In die sollempnitatis vestre dicit Dominus inducam vos in terram fluentem lac & mel alleluia.

---

<sup>55</sup> E-caudata is capitalized in edition.

<sup>56</sup> MS: AN with a line over the N.

COM. (*Authenticus Tetradus.*) Populus acquisitionis adnuntiate virtutes ejus alleluia qui vos de tenebris vocavit in admirabile lumen suum alleluia. PSALM. A Domino factum est.  
**S/84:** FERIA V<sup>a</sup>. STATIO AD SANCTOS APOSTOLOS.

[ANT.] Victricem manum tuam. PSALM. Confitemini Domino. IIII. AD REPET.  
Haec dies.

RESP. GRAD. Haec dies. Ý. Lapidem.

ALL. Lauda Gerusalem Dominum.

OFF. In die sollempnitatis. Ý. I. Audi populus meus. Ý. II. Non adorabitis.

COM. Populus acquisitionis. PSALM. Lapidem quem re[probaverunt]. AD REPET.  
A Domino factum est.

[[pp. 104-5]]

**M/85:** FERIA VI.

RESP. GRAD. Hec dies. Ý. Benedictus qui ve[nit].

ALL. Surrexit Altissimus.

**R/85:** [[BLANK]]

**B/85:** FERIA VI AD SANCTAM MARIAM AD MARTYRES.

ANT. Eduxit eos Dominus in spe alleluia & inimicos eorum aperuit mare alleluia alleluia. PSALM. LXXVII.

RESP. GRAD. Haec dies. Ý. Lapidem.

ALL. QUALE VOLUERIS.

OFF. Erit vobis hic dies memoriales alleluia & diem festum & caelebratis solemne Dominum in progeniis vestris legitimum sempiternum diem alleluia. Ý. I. In mente habete diem istum in quo existis de terra Egypti. Ý. II. Dixit Moyses populo.

AD COM. Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra alleluia euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti alleluia alleluia. PSALM. ut supra. (*fol.* 103v)

**C/85:** FERIA. VI<sup>a</sup>. AD SANCTAM MARIAM.

ANT. Eduxit eos Dominus in spe alleluia et inimicos eorum aperuit mare alleluia alleluia alleluia. PSALM. Attendite.

RESP. GRAD. Haec dies quam fecit. Ý. Benedictus qui venit in nomine Domini Deus Dominus et inluxit nobis.

ALL. Lauda Hierusalem Dominum. ut supra.

OFF. Erit vobis hic dies memorialis alleluia et diem festum caelebrabitis sollempnem Domino in progenies vestras legitimum sempiternum diem alleluia alleluia alleluia. Ý. I. In mente habete diem istum in quo existis de terra Aegypti de domo servitutis in manu enim potenti liberavit eos Dominus. Ý. II. Dixit Moyses ad populum bono animo estote et veniet salus a Domino Deo et pugnabit pro vobis in progenies.

COM. Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra alleluia euntes dicete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti alleluia. PSALM. ut supra.

**K/85:** FERIA VI. STATIO AD SANCTAM MARIAM. [CAP.] LXXXV.

ANT. (*Plagis Deuteri.*) Eduxit eos Dominus in spe alleluia & inimicos eorum aperuit mare alleluia alleluia alleluia. PSALM. Adtendite populus.

RESP. GRAD. Haec dies. Ý. Benedictus qui venit in nomine Domini Deus Dominus & illuxit nobis.

ALL. Quoniam Deus magnus Dominus & Rex mangus super omnem terram.

OFF. Erit vobis hic dies memorialis alleluia & diem festum celebrabitis sollempnem Domino in progeniis vestris legitimum sempiternum diem alleluia alleluia alleluia.

COM. (*Authenticus Deuterus.*) Data est mihi omnis potestas in celo et in terra alleluia euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti alleluia alleluia. PSALM. Aperiam in parabolis.

**S/85:** FERIA VI. STATIO AD S[AN]C[T]AM MARIAM AD MARTYRUM.

[ANT.] Eduxit Dominus in spe. PSALM. Adtendite populus. AD REPET. Et abstulit.

RESP. GRAD. Haec dies. Ý. Benedictus qui venit.

ALL. Quoniam Deus magnus Dominus.

OFF. Erit vobis hic dies. Ý. I. In mente habete diem. Ý. II. Dixit Moyses ad populum.

COM. Data est mihi omnis potestas. PSALM. Aperiam in parabolis. (*fol. 14v*) AD REPET. Narrantes laudes Domini.

[[pp. 106-7]]

**M/86: SABBATO.**

RESP. GRAD. ALL. Hec dies.

**R/86: SABBATO ITEM AD MISSA.**

ANT. Eduxit Dominus populum suum alleluia. PSALM. Confitemini Domino.

GRAD. Haec dies quam fecit.

ALL. Laudate pueri Dominum laudate.

OFF. Benedictus qui venit in nomine Domini benediximus vobis de domo Domini Deus Dominus & inluxit nobis alleluia alleluia.

AD COM. Omnes qui in Christo baptizati estis Christum induistis alleluia alleluia.

**B/86: SABBATO AD SANCTUM JOHANNEM AD LATERANIS.**

ANT. E[duxit] Dominus populum suum in exultatione alleluia & electos suos in leticia alleluia alleluia alleluia. PSALM. CIII.

GRAD. ALL. II. Hec dies.

ITEM. Laudate pueri Dominum.

OFF. Benedictus qui venit. Ý. Lapidem quem reprobaverunt.

AD COM. Omnes qui in Christi baptizati estis Christum induistis alleluia. PSALM. ut supra.

**C/86: SABBATO STATIO AD SANCTUM JOHANNEM.**

ANT. Eduxit Dominus populum suum in exultatione alleluia et electos suos in laetitia alleluia alleluia. PSALM. Confitemini Domino. II.

RESP. GRAD. Haec dies. ut supra.

ALL. Laudate pueri Dominum laudate nomen Domini.

OFF. Benedictus qui venit in nomine Domini benediximus vobis de domo Domini Deus Dominus et inluxit nobis alleluia. Ý. I. Haec dies quam fecit Dominus exultemus et laetemur in ea. [Ý.] II. Lapidem quem reprobaverunt aedificantes hic factus est in caput anguli a Domino factum est et est mirabile in oculis nostris alleluia.

COM. Omnes qui in Christo baptizati estis Christum induistis alleluia. PSALM. ut supra.

**K/86: SABBATO AD LATERANIS. [CAP.] LXXXVI.**

ANT. (*Plagis Deuteri.*) Eduxit Dominus populum suum in exultatione alleluia & electos suos in letitia alleluia alleluia. PSALM. Confitemini Domino & invocate nomen ejus.

ALL. Haec dies quam fecit Dominus exultemus & letemur in ea.

ITEM ALL. Laudate pueri Dominum laudate nomen Domini.

OFF. Benedictus qui venit in nomine Domini benediximus vos de domo Domini Deus Dominus & illuxit nobis alleluia alleluia alleluia.

COM. (*Plagis Proti.*) Omnes qui in Christo baptizati estis Christum induistis alleluia.

**S/86: SABBATO STATIO AD SANCTUM JOHANNEM AD LATERANIS.**

[ANT.] Eduxit Dominus populum suum. PSALM. Confitemini. I. AD REPET.

Semen Abraam.

RESP. GRAD. Haec dies quam fecit Dominus.

ALL. Laudate pueri Dominum.

OFF. Benedictus qui venit. Ý. I. Haec Dies quam fecit Dominus. Ý. II. Lapidem.

COM. Omnes qui in Christo baptizati estis. PSALM. Cantate ei. AD REPET.

Querite Dominum & confirmamini.



[[pp. 106-7]]

**S/87:** DOMINICA OCTAVAS PASCHAE CUM CETERIS DIEBUS DOMINICIS.  
ALLELUIAS. II.

**R/87:** ITEM AD MISSA DOMINICA OCTAVA PASCHE.

ANT. Quasi modo geniti infantes alleluia rationabili sine dolo lac concupiscite alleluia alleluia. PSAL[M]. Exultate Deo adjutori.

ALL. Haec dies quam fecit Dominus.

ALL. Pascha nostrum immolatus.

OFF. Angelus Domini descendit.

AD COM. Mitte manum tuam in latus meum & cognosce loca clavorum alleluia & noli esse incredulus sed fidelis alleluia alleluia.

**B/87:** DOMINICA POST ALBAS.

ANT. Quasi modo geniti infantes alleluia rationabile sine dolo lac concupiscite alleluia alleluia alleluia. PSALM. LXXX. AD REPET. Et cibavit illos.

GRAD. ALL. II. QUALIS VOLUERIS.

OFF. Angelus Domini.

AD COM. Mitte manum tuam & cognosce loca clavorum alleluia & noli esse incredulus sed fidelis alleluia alleluia. PSALM. ut supra.

**C/87:** DOMINICA OCTABAS PASCHE.

ANT. Quasi modo geniti infantes alleluia rationabile sine dolo lac concupiscite alleluia alleluia alleluia. PSALM. Exultate Deo.

ALL. Haec dies. ut supra.

ITEM ALL. Pascha nostrum.

OFF. Angelus Domini. ut supra. Ý. I. Euntes. Ý. II. Ihesus stetit.

COM. Mitte manum tuam et cognosce loca clavorum alleluia et noli esse incredulus sed fidelis alleluia alleluia. PSALM. [ut] supra.

**K/87:** DOMINICA .I. POST ALBAS. [CAP.] LXXXVII.

ANT. (*Plagis Triti.*) Quasi modo geniti infantes alleluia rationabiles sine dolo lac concupiscite alleluia alleluia alleluia. PSALM. Exultate Deo.

OFF. Angelus Domini. REQUIRE CAP. LXXXI.

COM. (*Plagis Triti.*) Mitte manum tuam & cognosce loca clavorum alleluia & noli esse incredulus sed fidelis alleluia alleluia. PSALM. Voce mea ad Dominum clamavi & exaudivit.

**S/87:** DOMINICA OCTABAS PASCHAE.

[ANT.] Quasi modo geniti infantes. PSALM. Exultate Deo. AD REPET. Et cibavit illos

ALL. Exultate Deo.

ALL. Pascha nostrum.

OFF. Angelus Domini descendit.

COM. Mitte manum tuam & cognosce. PSALM. Voce mea ad Dominum. AD

REPET. Ego dormivi.

[[pp. 106-7]]

**M/88a:**

[ALLELUIAS. II.]

**R/88a:** DOMINICA I POST OCTAVAM PASCHE.

ANT. Misericordias Domini plena est terra alleluia verbo Dei celi firmati sunt alleluia alleluia. PSALM. Exultate justi in Domino.

ALL. Confitemini Domino & invo[cate].

ALL. Confitemini Domino quoniam bonus.

OFF. Deus Deus meus ad te de luce vigilo.

**B/88a:** DOMINICA I POST ALBAS.

ANT. Misericordia Domini plena est terra alleluia verbo Dei celi firmati sunt alleluia alleluia. PSALM. XXXII.

GRAD. ALL. II. QUALE VOLUERIS.

OFF. Deus Deus meus ad te de luce vigilo. Ý. [I.] Sitivit in te ani[ma] mea. Ý. II. In matutinis.

**C/88a:** DOMINICA. II<sup>a</sup> POST PASCHA.

ANT. Misericordia Domini plena est terra alleluia verbo Dei caeli firmati sunt alleluia alleluia. [PSALM.] Exultate justi in Domino.

ALL. Surrexit Altissimus de sepulchro qui pro nobis pependit in ligno.

ITEM ALL. Dominus regnavit decore. ut supra.

OFF. Deus Deus meus ad te de luce vigilo et in nomine tuo levabo manus meas alleluia. Ý. I. Sitivit in te anima mea (*fol.* 19v) quam multipliciter et caro mea ut viderent

**K/88a:** DOMINICA II<sup>a</sup>. POST ALBAS. [CAP.] LXXXVIII.

ANT. (*Plagis Deuteri.*) Misericordia Domini plena est terra alleluia verbo Dei celi firmati sunt alleluia alleluia. PSALM. Exultate justi in Domino.

OFF. Deus Deus meus ad te de luce vigilo & in nomine tuo levabo manus meas alleluia.

**S/88a:** DOMINICA PRIMA POST OCTOBAS PASCHAE.

[ANT.] Misericordia Domini. PSALM. Exultate justi in Domino. AD REPET. Confitemini Domino.

ALL. Qui posuit fines tuos.

ALL. Quoniam Deus magnus Dominus.

OFF. Deus Deus meus ad te de luce. Ý. I. Sitivit in te animam meam. Ý. II. In matutinis.

[[pp. 108-9]]

**M/88b:** [[BLANK]]

**R/88b:**

